Ad te igitur tendenti · & tantam p[ro]
feſſionē perueniendi ad ſapienti
am timore inchoanti · legem
pone mihi dn̄e in uia tua · ne ab
errantem diſciplina deſerat ·
& dirige in rectitudine anguſtia
rū eius · Non enim inchoare ſuf
ficit · cū inimici donec p[er]ueniatur
non quieſcant · Ergo legē pone
mihi dn̄e · ad p[rae]ceptū pertinet ·
& dirige me in ſemita recta ad mi
ſericordiam · Tamquā diceret ·
legem da · ſed non auferas miſericordiā ·
Ne tradideris me in animas tribu
lantiū me · quo inſurrexerunt
in me teſtes iniqui · & mentita ē
iniquitas ſibi ·
Ne ſinas tribulantes me ſatiare
de malis meis · quo inſurrexe
runt in me falſa de me dicentes ·
ad mouendū & reuocandū me
abſte · quaſi gloriā ab homini
b; querant · itaq; iniquitas m̄
datio ſuo delectata eſt · nā me
non mouet · cui ex hoc promiſ
ſa eſt merces maior in c[a]elis ·
Et quo h[a]ec prior paſſus eſt dn̄s
meus · ſic ego quoq; linguas mo
rientium contempna · Os enim
quod mentitur · occidit animam ·
Credo uidere bona dn̄i · In terra
uiuentium ·
O bona dn̄i · dulcia · Inmortalia ·
ſempiterna · Incommutabilia ·
ubi nullus ē falſitatis locus ·
Sed quando iſtud erit ? Arduū
eſt mortali · tardum ē amanti ·
Sed audi non fallacem uocem di
centis ·
Expecta dn̄m · uiriliter age · &
confortetur cor tuum · & ſuſti
ne dn̄m ·
Tolera uſtionem renum uirilit[er] ·
& uſtionem cordis fortiter · non
tibi negatum putes · quod non
dum accipis · ne deſperatione
deficias · uide quia dictum ē ·
ſuſtine dn̄m ·

EXPLICIT DE PSALMO XXVI ·

INCIPIT DE PS XXVII IPSI DD̄ ·

Ipſius mediatoris uox eſt · manu
fortis · In conflictu paſſionis ·
Quae autem uidetur optare
inimicis · non mali uolentiae
uotū eſt · ſed enuntiatio poe
nę illorum · :—